

A appellare, quod signat vtrinque gibbosum. *Calim lib. 16. cap. 3. & A. L. & Erasim. in Adag.*

Menippus Ascalonites, Cynicus philosophus, seruus Bartonis Poatici (teste Diocle) ab vsura diurna nautica, quam exercebat in *isopod' athenis* dictus est, referente Hermippo. Sed cum pecuniam ita coëgisset, per insidias ea priuatus, laqueo se suffocauit. *Laertius.*

Protagoras sophista acerrimus, de cuius nomine Plato Dialogum inscripsit, puer vcturas onerum suo corpore fatigabat, quod genus Græci *basid' cortas* vocant, Latini baiulos. *Vide Tit. Indolis theoricæ exploratio, ea Gelly l. 5. c. 3. Suidas proptobasid' tlu* fuisse scribit. Epicurus in quadam epistola *proptobasid'eron* vocat *Cal. lib. 19. cap. 15. A. L.*

Cleander baiulus, postea Commodi Cæsaris cubicularius. *Vide Tit. Obscuro orci loco, qui ad profanas dignitates peruenerit.*

Plotinus Lycopolita, discipulus Ammonij, baiulus, Romæ philosophatus est, sed ob nimiam obscuritatem minime popularis habitus. *Suidas.*

B

Balenæ.

*Vide Tit. de Animalib. §. de quantitate & mole animalium.*

Balistarij.

*Vide plerâque titulo. Agilitas. Item. Arcuum mechanicarum Inuentio. Vide titulum Arcuum.*

Balneum.

\* DEFINITIO & ETYMOLOGIA.

Balneum quod *βαλανείον* appellant Græci, siue in plurali Balneæ aut balnea, loca sunt publica vel priuata, in quibus aut sanitatis, aut lauandorum corporum, sordiumque abstergendarum gratia lauamur. Aliter definit Sanauarola *c. l. l. de balneis*; quod locus constructus natura vel arte, in quo est corpus subtile vel liquidum, corpori circumferentialiter occurrens, vel occurrere aptum, vt sit ipsius, secundum qualitates manifestas vel occultas, actualiter immutatum: conuenit verò hæc definitio balneo medico.

Volunt autem Balneum dici à *βαλανειον*. i. à glandibus, quod eæ in balneis succendi soleant, atque igni alimenta præbere. Melius al j cum S. Aug. in *Conf.* Sanauarola & cõmuniter dictum existimant, quoniam *βαλανειον* i. anxietates animo merorem animo pellat. Hinc apud Poetas tanta balnearum voluptas describitur, vt Dianam, ceterasque Nymphas vel maxime oblectatas tradant, veteresque per eorum frequentationem omnem animo merorem excutere confueuerint. *Vide & supra S. Augustin. ad leniendum de matris obitu dolorem se balnea ingressum fuisse commemorat.*

Est autem Balneum nomen generale, quod omnibus iis locis quæ ad abluendum inuenta, conuenit, alioquin in specie duntaxat accipiunt in loco in quo sunt aquæ frigida, aut arte calefacta. Quæ enim aquas natura calidas continet, Thermae proprie appellantur, sub quarum appellatione frigidum balneum nulla ratione venire poterit. *Idem enim calorem significat, quamvis etiam Thermas dixerint balnea igne calefacta veteres. Ita legimus Thermas Neronis, & Titi: quæ tamen aquas ab igne calefactas continebant.*

\* BALNEORVM SPECIES, ET DIFFERENTIÆ.

Balnea alia sunt naturalia, alia artificialia: & vtraque cum frigida, tum calida. Ex fine autem differentiam sortiuntur, quædam enim lauatoria tantum sunt, alia sudatoria, alia medica. Inter naturalia, quædam sunt sulphurea, quædam picea, nitrea, pro vt aquæ transeunt meatus huiusmodi mineralium & fossilium, eorumque qualitatibus imbuuntur: Artificialia etiam variè aliquando instruuntur, decoctione certarum herbarum & frondium, pro vt medici expedire censent languori & rigiditati illius, qui balneum ingreditur. Balnea quædam sunt absque humore, loca scilicet in quibus aer & parietes medio igne calefiunt, qualia hodie sunt Germanori, hypocausta, quæ etiã vulgò vocantur stupha, erantque eæ olim certa balnearum pars siue cœnaculũ quod Laconicũ

appellabát. Deniq; secundũ varios effectus, & qualitates balnea disparitatẽ sumũt, de quibus infra nonnulla adiciemus.

QVÆ.

Aethiopes Macrobij fonte abluuntur, in quo loti, perinde ac oleo vncti, membris agiles fiunt, & violam oleht. *Alex. lib. 4. cap. 20.*

Cutem in facie erugari & tenerescere, & candorem custodire, lacte asinino putant. Notũque est, Quasdam quotidie D. custodito numero fouere. Poppea hoc Neronis principis instituit, balnearum quoque sic folio temperato, asinarum gregibus ob hoc eam comitantibus. *Plin. lib. 28. cap. 12. & lib. 11. cap. 41.* inquit: Poppea Neronis coniux, quingentas secum asinas per omnia trahens fœtas, balnearum etiam folio totum corpus illarum lacte macerabat, nitidiorem reddi & extendi quoque cutem credens.

Celtiberi cum in victus munditia elegantes existant, vna in re videntur immundi, & spurcitiã pleni. Vniuersum enim corpus lauant vrina, dentisque fricant: hanc optinam corporis curam existimantes. *Diod. lib. 5. cap. 9.*

QVÆ ALIA.

Calida, eorumque Inuentio.

Calida balnea siue Thermas primus inuenit Ana filius F Hebeon, cum pasceret patris sui oves. *Constat Genes. cap. 36.*

Interpres Aristophanes in *Nebulis* scribit, Ibycum auctorem esse, Vulcanum (alij Palladem & Nymphas) muneris vice submisisse Herculi feruida balnea. Arque inde omnia calida balnea, Herculana dici cœpta testatur *Arben. lib. 12.* Porro *Aristot. in Problem. sect. 24. prob. vlt.* ostendit huiusmodi balnea apud veteres habita sacra, propterea quod ex sulphure ac fulmine, rebus natura sacris, proueniant. *Pisandrus* autem tradit, Mineruam Herculi fesso calidum balneum suppeditasse. *Erasim. in Adagiis.*

Antiquitũs calida balnea deliciarum nomine taxata fuisse, vel Homerus testis est *Odyssæa* v. Inter voluptariæ vitæ Phæacensium delicias ea commemorans:

*Αἰὲν ἠὲν δαῖς τεύχων, κιδάεις τε χυβώνας,*

*Ἐκτάτα τ' ἐξυποβάς, κτερεὶ τε δεσφῶν ἡ ἑσπῶν*

*At semper cordi nobis epulaeque chorique.*

*Canisque & varia vestes, & balnea calida,*

*Concubicusque. Erasim. in Adagiis.*

Olim in thermis, etsi calida prius abluerent, postea vt à balneis corpora multa frigidã stringerent, constitutum fuerunt: nec prius vngi, nisi lauissent *Alexand. lib. 4. cap. 20. Vide titulum de Aqua, §. qualitas aqua.*

Frigida.

Argoum Iluæ insulæ Tyrreni maris portum *Strab. lib. 5.* dictum ostendit à nauî Argo, quod & ipsa eum subierit. Cum enim nauis ea vocem edidisset, non prius Iouem placatum Argonautis fore, quam ipsi necem Ablyri expiariant, rationem eius rei docente Circe, Argonautæ sedem Circes quærentes illuc duncti sunt. Quo in portu cum spatium aliquod temporis mansisset: ipsi nomen dedit. Adiungit autem in littore quoque vicino inueniri lapillos variis coloribus distinctos, qui ortum inde habuissent conformatique essent è guttis sudoris congelatis. Cum enim illic Argonautæ manerent, in littore se lauabant, strigillibusque corpus fricabant. Apollonius Ahodius in *4. l. Argonautarum* hoc exponit, canitque Argonautas, relictis Stæchadibus insulis contra Massiliam positis, eò accessisse. *Victorius lib. 19. Var. lect. cap. 16.*

Germani non in balneis, sed fluminibus lauabant. Ideò nandi periti, & summi vrinatores habiti. Si quando tamen lauarent balneis, calida abluabantur, lautique vescebantur. *Alexand.*

Lusitanis frigida tantum lauare licet, sicut Spartanis, quibus calida corpus abluere vetitum est. *Alex. lib. 4. c. 20.* Scythæ nullo fonte lauant, sed vxoribus aquam fundentibus, corpora scabro lapide conterunt, cupressò, cedro, thuris ligno confricantes.

Ephesij, cum præpositum balnearum lapidibus appeterent, quod balneum non calefecisset, summo perè restitit, cum frigida aqua lauare fatiũs duceret. *Alex. lib. 4. cap. 20.*

Cremona anno, quam condita fuit, ducentesimo octogesimo sexto à Vitellianis militibus ita direpta est: quum Ant. Vespasiani dux in balneum concessisset cruorem absterfus excepta vox eius est, quam fortè balnearum tepor excusaretur, futurum vt statim incallescere, ac tum demum quasi signum